¶Et tpe mortis scies a dñio ascẽdentis hoc mõ. Aspice quantũ est inter ipsum ⁊ gradũ terminatiõis ⁊ quot gradus inuenies iter eos illõ erit tpe sue mortis. Si fuerit in signo cõi erũt mẽses. Et si in signo fixo: erũt anni ꝑ numeꝫ ipsoꝝ graduuꝫ. Et fortior ac verior erit hec significatio si infortuna fuerit in ascẽdẽte: aut aspiciat ascẽdẽs de opposito vel quarto: ⁊ q̃ aspiciat ascendẽs aliqd er planetis malũ faciẽtibus. Postmoduꝫ aspice lunã ⁊ videas quot gradus sunt inter eaꝫ ⁊ infortunas: aut inter eã ⁊ planetã dãnũ faciẽtẽ: ⁊ quot gradus fuerint �means illũ numerũ: erũt impedimẽta q̃ accidẽt vsq̃ ad finẽ vite sue. Aspice silr dños triplicitatis ascẽdẽtis: ⁊ meliorametũ cuiuslibet corꝫ ⁊ suũ dãnamentũ: qꝫ ipsi sunt significatores meliorametoꝝ ⁊ dãnamentoꝝ 3ᵉ ptis vite: ⁊ dñs 4ᵉ dom⁹ qñ separatim ponit se cũ virtute ⁊ significatione. i. q̃ maior est significator in figura est significator finiũ rẽꝫ suaꝫ: ac meliorametoꝝ ⁊ dãnamentoꝝ suoꝝ. Et dñs domus lune: si luna fuerit fortis ⁊ habuerit aliqd dignitatẽ firmã in ascendẽte erit dñs ascendentis significator finiũ rẽꝫ suaꝫ q̃ sunt in suo corpe: ⁊ dñs domus lune significator suoꝝ impedimentoꝝ. ¶Et indi ⁊ illi deseriq̃ dãt dñio triplicitatis ascendentis: ꝑmo medietatẽ vite: 2ᵒ tertiã ptẽ vite eius. Et 3ᵒ fertã sue vite. Et illi silr diuidũt vitam ꝑ. 4. ptes. ¶Et si q̃ritus fueris q̃ quarta vite sue melior erit des primã quartã ascendenti secũdam. 10. domui: tertiã. 7. Et quartã angulo terre. Et aspice in qua caꝫ inuenies fortunas ⁊ partẽ fortune: ⁊ lunã limpidã ab infortunis ⁊ cõbustiõẽ ⁊ iudica q̃ illa quarta erit sibi melior. Et silr si q̃ritus fuerit q̃ ps terre erit sibi melior: aut in sua villa mutãdo se de vno loco ad alium que pars erit sibi melior: aspice in qua pte erũt fortune ab ascẽdẽte suo: ⁊ iudica q̃ illa pars erit sibi melior. Et scias q̃ a gradu orientis vsq̃ ad gradũ medij celi est orientis: ⁊ a gradu medij celi vsq̃ ad septimã est meridiei: ⁊ a gradu. 7. vsq̃ ad gradũ anguli terre est occidẽtis: ⁊ a gradu anguli terre vsq̃ ad oriens est septẽtrionis. ¶Et si quesitus fueris in qua q̃rta quartarũ diei erit melius postulare suas petiões: aspicias ascẽdẽs ⁊ angulos: ⁊ si fuerint fortune in parte oriẽtali: petat res suas in pria q̃rta diei. Et si fuerit in pte meridionali petat in secũda q̃rta diei. Et si fuerit in pte occidentali petat in tertia q̃rta diei. Et si fuerint in pte septẽtrionali: petat in q̃rta q̃rta diei. ¶Et vna ps sapiẽtũ antiquoꝝ. Dicit q̃ si fortune fuerint i pte oriẽtali petat res suas postq̃ ascẽdẽrit. Sol vsq̃ ad mediũ diẽ. Et si fuerint in pte meridionali petat a meridie donec sol occidat. Et si fuerint in pte occidẽtali petat postq̃ sol occidit vsq̃ ad mediã noctẽ. Et si fuerit in pte septentrionali petat a media nocte donec sol ascendat die alia. ¶Et dicit cõpilator huius libri q̃ de due opiniões sunt ꝑ. Et radix harꝫ duaꝫ opiniõũ est ꝑm cõsiderationẽ q̃rẽtis ⁊ ꝑs q̃ dicit antecq̃ recipet ascẽdẽs. Et si qõ sua ⁊ ꝓsideratio fuit q̃ ex q̃rtis diei erit sibi melior: dictũ ꝑmũ est verꝫ. Et si qõ fuit q̃ est q̃rtis diei ⁊ noctis erit sibi melior: secũda opinio ẽ ꝑa. Et sp custodias te a q̃rtis vbi fuerit infortune ab ascẽdẽte suo i oibꝫ rebus. ¶Et scias q̃ locus vbi fuerit pars fortune ⁊ luna limpida ab infortunis ⁊ cõbustione ꝑs illa erit bona in oibus suis rebus magis q̃ aliqua partiũ aliaꝝ per potentiam dei.

¶Caplm.14.in scicndo melioramenta ⁊ dãnamẽta corpis.

QUm interrogatus fueris ꝑ meliorametõ aut dãnamẽto sui corpis: ⁊ qõ mẽbroꝝ suoꝝ erit sibi fortius ⁊ magis pfectibile. Et qõ coꝝ erit sibi debilꝰ ⁊ pe⁹: scias id qõ est ab ascẽdẽte subtus terrã vsq̃ ad septimã est de pte corporis a medio supra. Et si iueneris in hac parte fortunas: iudica q̃ pars supior sui corpis erit sibi fortis sana ⁊ pfectibilis. Et si ibi fuerint infortune iudica cõtrariũ. Et a. 7. domo vsq̃ ad ascẽdẽs est de parte corpis a medio inferius. Et si fortunas inueneris in hac pte. 7. domus vsq̃ ad duodecimaꝫ iudica q̃ mediũ desubtus sui corpis erit sibi forte sanũ ⁊ perfectibile. Et si infortune ibi fuerint: ꝑtiũ iudica. Et vbicunq̃ inueneris infortunas iudica semp q̃ illud est debilius ⁊ peius.

¶Et scias q̃ caput est Arietis ⁊ collũ Tauri ⁊ ita ꝑm hũc ordinẽ: donec pedes sint piscis sicut diuisuꝫ ẽ i libris antiquoꝝ. ¶Et dicũt alij q̃ caput est ascẽdẽtis: ⁊ collũ. 2. dom⁹: ⁊ ita ꝑm hũc ordinẽ donec pedes sint. 12. domus. Et ꝑm hoc aspice in quo signo fuerint fortune: qꝫ ibi erit salus ⁊ bonũ: ⁊ in quo signo fuerint infortune: ibi erit dãnamẽtũ ⁊ malũ: ⁊ de illis debes timere ac se custodire. ¶Et ego dico q̃ debemus inspicere in hoc caplo: ⁊ alio istud ꝑcedenti: qñ quesitor ḡrit pro se de suo corpe ⁊ qd erit de ipso in eo qõ accidit: debemus inspicere ad lunã ⁊ aliquẽ: ⁊ aspicere qs coꝝ fuerit fortior ⁊ coꝝ applicatiões primã secũdam ⁊ tertiã ⁊ quot erũt donec fuerint in illo signo in quo est. Et qñ mutat se de illo signo mutat illud iudiciũ ⁊ signũ illa dãnat. ¶Et scias q̃ separatio lune signãt id qõ fuit de q̃rẽte ante qõnẽ: ⁊ eius applicatio signãt id qõ erit de ipso post qõnẽ. Et qñ luna de casu anguli applicat alteri planete: silr cadẽti ab angulo illa signũ erit mala ⁊ dãnabilis: qꝫ fortuna qñ se infortunat debilitat se ⁊ diminuit suũ bonũ ⁊ pficuũ. Et qñ fuerit fortis verificat illud qõ significat de bono ⁊ prosecuo ac fortificat. Et ꝑ bune modũ iudica de infortunis. Et nõ inspicias ad id qõ libri ofit q̃ infortune sunt peiores qñ sunt cadentes ab angulis. Sꝫ qñ infortune sunt in angulis firme: ac fortes tũc sunt peiores: qꝫ qñ sunt cadẽtes sũt ad similitudinẽ in firmi debilis q̃ se mouere nõ ꝑt: nec silr se de seipso iuuare. Et dico q̃ i qõnib⁹ fũt bylech ⁊ alchocoden sic fiũt i natiuitatib⁹.

¶Caplm.15.de eo qui vult ire ad alium si eum inueniet.

QUm aliqs ad alterus ire voluerit ⁊ q̃ fuerit a te si illũ inueniet: nec ne: aspice dñm. 7. dom⁹: si inuenies eũ in angulis: dicas q̃ bõ ille est in loco suo. Et si eũ inueneris i succedẽtib⁹ dicas q̃ ẽ circa locũ suũ. Et aspice si inter dñm ascẽdẽtis ⁊ dñm. 7. dom⁹ applicationẽ aliquã inueneris: vel aliquẽ planetã aspicientẽ domũ septimã ⁊ deferentes lumen vnius ad aliũ: aut qui coniũgit illa duo lumina. Et si hoc inueneris iudica q̃ inueniet eum: ⁊ si non: non.

¶Capitulũ.16.de sessione in domo ⁊ partibus planetaruꝫ.

QUm in domo tua te ponere volueris ad sedendum: sede semp in ptibus fortunaꝝ. Et si aliqs venerit q̃ tibi placeat ponas eũ recũ i illa pte aut in pte alteri⁹ fortune. Et scias q̃ a puncto medij celi vsq̃ ad pũctũ oriẽtis ẽ Veneris ⁊ idẽ pũct⁹ oriẽtis est solis: ⁊ a pũcto oriẽtis vsq̃ ad pũctũ septẽtriõis q̃ est angulus terre ẽ Jouis: ⁊ idẽ pũctus se ptẽtriõis ẽ Mercurij. Et a pũcto septẽtriõis vsq̃ ad pũctũ occidẽtis ẽ lune: ⁊ idẽ pũct⁹ occidẽtis est Saturni. Et a pũcto occidentis vsq̃ ad pũctũ medij celi ẽ capitis draconis: ⁊ idẽ pũct⁹ medij celi ẽ Martis. ¶Et silr qñ intraueris domũ alicuius: aspice dñm domus in qua ptiũ ipm sedẽtẽ inuenies. Si inuenies ipm sedentẽ in parte fortunarũ sede cũ eo in pte illa: siue in parte alterius fortune. Et si eũ inueneris sedẽtẽ in pritione Saturni: sede in parte fortunarũ. Et si eũ inueneris sedentem in parte Martis nõ sedeas in illa domo: sed propera quomodo redeas: ⁊ erit tibi melius q̃ in illa domo sedere.

¶Caplm.17.in scicdo quã volũtatẽ hꝫ tibi ille q̃ itrat ad te.

QUm aliqs ad te intrauerit ⁊ volueris scire in qua voluntate ad te venit dimitte eũ sedere qũo voluerit: ⁊ postea inspice si sederit in parte Jouis aut Veneris: scias q̃ te diligit ⁊ q̃ se laudat de te ⁊ est tibi veridicus ⁊ q̃ de te fert bonã famã. Et si sederit in pte Saturni scias q̃ ad te venit cũ mala volũtate ⁊ ira. ⁊ q̃ vult tibi malũ facere ꝑ sua dicta ⁊ custodias te ab eo. Et si sederit in parte solis scias q̃ hꝫ ad te malã volũtatẽ ⁊ defert de te malã famã. Et si sederit in

parte Mercurij: scias q̃ hꝫ ad te irã cooperta: ⁊ ostendet q̃ te amet ⁊ faciat tibi bonũ. Et si sederit in pte Martis: nõ hꝫ i eo aliqõ bonũ ⁊ custodias te ab eo multũ fortiẽ cũ bñplacito dei.

¶Capitulum.18.in suspitione si est vera vel falsa.

QUm interrogatus fueris de hoie q̃ est suspect⁹ de furto ⁊ facto sibi sili aspice significatorẽ qõnis si recepit rẽ aliquã ab ifortuna: dicas q̃ illa suspitio est ꝑa ⁊ q̃ furat⁹ est. Et si rẽ nullã signãtor recepit ab ifortuna: dicas qõ furatus non fuit ⁊ q̃ homo ille saluus est a suspitione illa.

¶Capitulum.19.in scicndo salutem visus ⁊ auditus.

QUm quesitus fueris de salute visus aut auditus aspice luminaria ⁊ saluationẽ ⁊ dãnamentũ suũ ⁊ iudica ꝑm hoc. Et in oi qõne vñ interrogatus eris ꝑ salute alicuius mẽbri aspice ascẽdẽs qõnis ⁊ signãtorẽ ipsius mẽbri. Et si fuerit fortunatus: iudica salutẽ ⁊ saluationẽ ipsius membri: ⁊ si contrarium fuerit: contrarium iudica.

¶Capitulum.20.in re opinata qñ erit eius bonũ vel malũ.

SLias ascendẽs postmodũ aspicias dñm signi in q̃ est Sol ⁊ dñm signi in q̃ est luna ⁊ dñm dom⁹ vite: ⁊ coꝝũ q̃ fuerit fortior i statu ⁊ firmior erit in ascẽdẽte illũ accipias ꝑ significatorẽ ⁊ alchocodẽs: ⁊ qñ cognoueris hũc aspice si fuerit in angulo: des annos: ⁊ in succedẽtibus da mẽses: ⁊ in cadẽtibus dies. Et facio tibi scire q̃ numerus quẽ debes in hoc sumere a quolibet planeta est numerus annoꝝ suoꝝ nisi nõrũ si fuerint anni: mẽsũ: si fuerint mẽses: diez si fuerit dies ꝑm signãtionẽ quã dñm⁹ de angulis ⁊ coꝝ succedẽtib⁹ ⁊ cadẽtib⁹.

¶Capitulum.21.in sciendo de re aliqua si erit vel non erit.

ASpice in hoc ad lunã: ⁊ signũ in q̃ fuerit ⁊ de his erit iudiciũ. Si fuerit in signo fixo: signãt annos ⁊ si in cõi mẽses: ⁊ si imobili dies. Et silr aspice lunã si fuerit in signo masculino: signãt mẽses ⁊ i signo feminino: dies. Et post hꝫ aspicias alchocodẽ dictũ supius: ⁊ quẽ planetã aspicit de oppositiõe. aut de 3ᵒ vel 4ᵒ vl sextili: dicas q̃ die illa q̃ applicabit alchocodẽ ipsũ planete ẽ corpe: erit malũ si fuerit malũ: aut bonũ si fuerit bonũ. ¶Et ꝑnᵐ facti ⁊ eius radix est lune ⁊ eius finis est dñi dom⁹ lune. Et si luna fuerit i bono statu ⁊ i angulo: significat in ꝑnᵐ meliorametũ. Et si dñs domus lune fuerit in bono statu ⁊ in angulo significat meliorametũ in fine rei.

¶Capitulum.22.in fiducia ⁊ timore.

QUm iterrogatus fueris de aliq̃ bono de quo hñdo hꝫ fiducia: ispicias lunã: ⁊ si dat virtutẽ suã alicui planete in angulo: illa fiducia ꝓficiabit: ⁊ erit melior si planeta fuerit in 10ᵒ. qꝫ res illa discoopta erit hoibus. Et silr iudica si fuerit in ascẽdẽte. Et si iueneris eũ in septima: res illa discooptet: ⁊ celabit postea. Et si iueneris ipsum in angulo terre res illa celata ⁊ coopta erit. Et dñs horꝫ signãt silr verificationẽ fiducie: ⁊ aspicias eũ ꝑm q̃ dirimus. ¶Pro timore ispicias adhuc ad dñm ascẽdẽtis: ⁊ si eũ iueneris limpidũ ab ifortunis eo aspiciẽte ascẽdẽs: res illa q̃ fuit timor erit falsa ⁊ de illa non accidet q̃rẽti aliqõ ipedimentũ. Et si fuerit in malis locis sic est scõa sexta octaua duodecia: met⁹ attinget eũ ꝑm nãm dom⁹ in qua fuerint dñs ascẽdẽtis. Et si testificabunt ifortune ab angulis erit pcius ⁊ met⁹ ille attiget eũ. Et si ifortuna fuerit dña 8ᵉ domus forte veniet er hꝫ ad mortẽ. Et si non fuerit dñs 8ᵉ accidet ei magnũ dãnum ⁊ cuadet postea. Et si nõ testificabunt infortũe: nõ attiget aliqd nisi metũ: ⁊ aspicias ad signa qꝫ signa mobilia signt q̃ illõ dãnũ mutabit cito fixa ⁊ cõia significãt durabilitatẽ mali ⁊ ci⁹ fixionẽ: hoc hñte testimoniũ a planetis sic dirimus. Et si ifortuna fuerit in duodecia domo: sigt cuasionẽ a carcere ⁊ pena. Et si fuerit in scõa sigt q̃ capiet cũ ista. Et si dñs ascẽdẽtis fuerit in 12ᵒ domo sigt q̃ fugiet ⁊ cuadet. ⁊ nõ hbit posse ipm capiẽdo. Et cũ hꝫ inspicias si dñs ascẽdẽtis applicat infortune: signãt q̃ hbit turbatiões in sua fuga si ifortuna nõ fuerit dña domus dñi ascẽdẽtis aut q̃ ipsa cadeꝫ sit dña ascendẽtis: qꝫ tũc nõ significat maluꝫ nisi aufugere nec turbationẽ: ⁊ si alio mõ fuerit turbatio attinget eum in fuga.

¶Caplm.23.in destructione ⁊ solutione rerũ.

AD hꝫ inspicias ad significatorẽ illi⁹ rei: ⁊ si fuerit significator ipse in loco ꝛrio ipsi rei ⁊ applicabit alteri planete: aut q̃ luna sit in tali statu vl q̃ significator nõ applicet alicui planete: aut q̃ sit retrogradus vel cadẽs ab ãgulo aut pegrinus q̃ nõ sit in domo nec exaltatiõe sua nec tripliceitate: vel q̃ in suo met gençabar: aut in loco in q̃ nõ hẽat dignitatẽ aliq̃ nec termini: nec facici: aut q̃ sit ifortunatus sine fortuna aliqua ⁊ hoc ẽ qñ est obsessus inter duas infortunas: vel sit cõbustus: vel in signo nõ equalis ascẽsionis eum sua dignitate: vt Juppiter in Ariete quod est eq̃le in ascẽsionib⁹ signo Pisciũ ⁊ est q̃dã dignitas: vel Ven⁹ in Aquario qõ est equale Tauro in ascensionib⁹: ⁊ sic de alijs: exẽplũ q̃ Aries ⁊ Pisces sunt equalium ascẽsionũ. ⁊ hoc est vna ꝓuenientia planetarum.

¶Caplm.24.in 2ᵒ domo ⁊ in suis qõnibus.

SLias q̃ dom⁹ secũda sigt res leuatas: gubernatas: ꝑcias: sbam: cãm cũ mlieribꝰ: ⁊ hꝫditare bona mulierũ qñ moriũtur: aut mutuũ dare: recipe: participationẽ sargẽtes: ac scribere testã mortis: ⁊ res q̃ cõtingũt i eo qõ ẽ futurũ: ⁊ pticipationẽ rẽꝫ ⁊ progatiuas in qõnib⁹: ⁊ infidelitatẽ. ꝑditionẽ ⁊ inuidiã amicoꝝ: arcbas ⁊ armaria: ⁊ talia in quib⁹ res leuãtur ⁊ claues: ⁊ magisteria siliꝝ: ⁊ ꝓuentus hꝫditatũ ⁊ lucra: ⁊ ebartã regis q̃ vẽit cũ mãdato: ⁊ introtũ citaris: hec domus sequit angulũ ascendẽtis. Et si fuerit i hac domo in qõne signũ igneũ ⁊ cogitatio q̃rẽtis. i. significator cogitatiõis fuerit in ea: iudica q̃ qõ est ꝑ substãtia. Et si fuerit terreuꝫ: dicas q̃ est pro intrãdo ciuitatem. Et si fuerit aereum: dicas q̃ est pro sargentibus. Et si fuerit aqueũ: dicas q̃ est pro vietũ ⁊ lucris. ¶Et ꝑm⁹ dñs triplicitatis hui⁹ dom⁹ signãt substãtiã: secũs vietũ: ⁊ zꝫ signãt mercãtias: emere: vẽdere: dare: ⁊ recipere. ¶Et ille hoꝝ triũ q̃ fuerit fortior ⁊ i meliori loco hẽbit plus iuris cẽ signãtor sbe q̃ alij. Et ꝑm nãm dom⁹ i q̃ fuerit: ipo mõ hẽbitur sba ita q̃ si fuerit in medio celi habebit substantia a pte regis ⁊ sic de naturis aliaꝝ domoꝝ sicut ꝑdixim⁹. Et hꝫ si fuerit in secũda domo Lãcer vel Leo. Et si fuerit dom⁹ Saturni erit de seminãdo. Et ꝑm hũc modũ iudica i ceteris domib⁹ aliꝝ planetaꝝ ꝑm ptinẽtias eaꝝ. ¶Color hui⁹ dom⁹ est viridis mixt⁹ cũ vermilio. ¶Si qs iterrogauerit te ꝑ substãtia nõ scita quã vult petere ab eo quẽ nõ cognoscit. aspice dñm ascẽdẽtis si fuerit applicãs dñio dom⁹ substãtie recipiẽte ipm dñio dom⁹ substãtie ⁊ luminarib⁹ aspiciẽtibus eũ: ⁊ marie si dñs dom⁹ substãtie aspererit ascẽdẽs aut dñm ascendẽtis: tũc iudica q̃ substãtiaꝫ ipsaꝫ iueniet. ¶Et si dñs dom⁹ substãtie applicat dñio domus in q̃ est ps fortune ⁊ q̃ dñs ptis fortune hẽat talẽ statũ: sicut cũ dñio domus substãtie: ⁊ marie si luna aspererit prẽ fortune: iudica silr q̃ substãtiã illã hẽbit. Et si dñs ascẽdẽtis nõ applicuerit dñio ptis fortune: ⁊ fuerit stat⁹ dñi ascẽdẽtis ⁊ dñs ptis sbe a luminaribus sicut ꝑdiximus de alijs: iudica silr q̃ hẽbit substãtiã: ⁊ forti⁹ si fuerit Juppiter aspiciẽs dñm ascẽdẽtis aut ascendẽs: vel signãtorẽ sbe q̃liscũq̃ fuerit ex his trib⁹ quos dixim⁹. Et fortior stat⁹ quẽ hꝫ Juppiter in sba est vt sit i secũa domo cũ dñio ascẽdẽtis ⁊ ũgtor substãtie in ascẽdẽte aut in. 11. domo vel in. 10. domo siue in aliq̃ aliꝝ angulorꝝ. tñ si fuerit in ascẽdẽte ingret substãtiã cũ suo corpe. Et si fuerit in secũa domo ingret p suos sargẽtes: ⁊ cũ hꝫ e redditũ suoꝝ. Et si fuerit i. 10. domo: hẽbit illã a rege ⁊ suis comitib⁹. Et si fuerit in. 11. hẽbit ipsam ab hoibus regis. ⁊ a reb⁹ in qbus hꝫ fiduciã. Et si fuerit in. 7. habebit illã per mercantias ⁊ cãs ⁊ pro cronerando suuꝫ alijs: vel se sup alios. Et si fuerit in. 8. domo habebit illã a pte matrimoniorꝝ ⁊ pro hereditando bona mortuorꝝ: ⁊ pro testamentis corꝝ ac horum rõne. Et si fuerit in. 4. habebit illaꝫ a rebus antiquis ⁊ hereditatibus ⁊ de arando ac rebus absconditis ⁊ a ꝓlibus. Et si fuerit in. 5. hẽbit cã per filios: crẽnia ⁊ seruitia q̃ recipit ꝑ adiuuando ⁊ ꝑ dona ⁊ his similia. ¶Et si Juppiter fuerit dñs ascẽdẽtis: ⁊ signator substãtie fuerit in. 22. domo: habebit substãtiã. Iꝫ paruã ⁊ debilẽ ab inimicis elemosynis carcerib⁹ ⁊ captiuis. Et si fuerit in. 9. habebit illã similiter modicaꝫ ꝑ itinera ⁊ res legũ q̃ inuẽte sunt in itinerib⁹. Et si fuerit in. 6. habebit ertiã paucã a seruis ⁊ senibus ⁊ occasione infirmitatũ ⁊ itinerũ breuiũ ⁊ bestiaꝝ minutaꝝ: ⁊ equorũ paruoꝝ ⁊ his similium. Et si fuerit in. 3. similiter hẽbit illã paucaꝫ a fratribus ⁊ mutatiõe ẽ vno loco ad aliũ ⁊ ꝑ itinera breuia ⁊ ꝑ amicos ⁊ inimicos patrũ suoꝝ. ¶Et maior signãtio i multa substãtia ⁊ firmitate est q̃ sit dñs ascẽdẽtis ⁊ dñs dom⁹ substãtie ⁊ Juppiter in statib⁹ quos dirimus cũ dñio substãtie q̃ fuerit significator ⁊ qui sit in angulo. Et coꝝũ melior est ascẽdens: deinde. 10. deinde 7ᵒ postea q̃rta deinde succedentia quorũ melius est 11ᵒ: deide qnta. postea 2ᵒ: deinde 8ᵒ. Et melior res ⁊ magis cognita est q̃ significator substantie sit Juppiter aut Venus orientales directi in suis dignitatib⁹ ⁊ recepti sicut dirimus. Et erit in substãtia qñ signãtor erit receptus ⁊ q̃ aspiciat Venerẽ ⁊ sit limpidus ab ifortunis. Et ꝑficũ erit i substãtia qñ Mercuri⁹ receperit significatores: ⁊ ipse fortis est ⁊ fortunatus ⁊ in suo lumine. Et si fuerit alio modo: iudica contrarium.

¶ Capitulum. 25. in quo tempore diuitie lucrabuntur.

TA hoc ponas gradus applicationis q̃ sunt inter dñm ascendẗis ⁊ significatorẗ ſſbe: dies aut menses: vl annos ꝓm q̃ ptinet ad ſigna in q̃bus fuerit: tñ firmitas ⁊ augmentũ ſſbe erit p̃ applicationẗ dñi ascendẗis cũ fortuna in angulo. Et ſilr dñs ſſbe. Et ſi fuerint ſignificatores ſſbe applicãtes dño ascẗdẗis idẗ erit leuiter: ⁊ ſine labore ac ſine inquirere. Et ſi fuerit dñs ascendẗis applicans ſigñatorib⁹: erit cũ petẗdo ⁊ ingrendo. Et ſi applicatio fuerit ⁊ dñs ascendẗis retrogradus: erit casus fortuit⁹. Et ſi ſigñtores fuerit retrogradi ſignificãdo q̃ erit: inuolutiões erũt in hñdo ipſam. Et ſi fuerit infortunati ofident tur batione ⁊ minutione ꝓm nãm infortune ⁊ domus in q̃ fuerit infortuna ⁊ ꝓm aſpectũ quẗ habuerit cũ ſigñatorib⁹. ¶ Et ſi ſba q̃ſita fuerit ab hoie cognito aut ciuitate ſcita: des ascendẗs q̃renti ⁊ 7ᵐ ci cui q̃rit aut ciuitati. Et ſi applicuerit dñs domus ſſbe ascendẗi: vel cũ dño ascẗdẗis: vel cũ dño 2ᵒ dñs ascẗdẗis: aut ꝑs fortune in 7ᵃ domo: aut ꝑs ſſbe 7ᵉ cũ dño ascendẗis. vel cũ dño 2ᵒ: aut dñs ascẗdẗis ⁊ dñs ptis ſſbe 7ᵉ cũ pte fortune ⁊ fuerint fortune teſtificantes ſic dirimus in capło añ iſtud: hẗbit illã ſſbam. Et ſi ab ♄ diuerſus fuerit: iudica ꝓtũ. Et cãs ⁊ rõnes q̃b⁹ illã hẗbit: iudica ſic ante dirimus ſi deus voluerit. ¶ Et ſi aliqs te iterrogauerit ꝑ ſubſtantia ſi illã hẗbit aut pueniet ad ipſam: nec ne: aſpice ad dñm ascẗdẗis: ſi fuerit applicãs dño domus ſſbe: aut dñs domus ſſbe applicãs dño ascendẗis: hẗbit ſſbam illã ⁊ potentiã ſuã intrabit. Et ſi nõ fuerit inter eos aliq̃ cõiũctio nec applicatio: nõ hẗbit illã nec poſſe ſuũ intrabit. Et aſpice partẗ ⁊ applicationem dñi ascendẗis cũ ea: q̃ ♄ in hac re ſignificationem fortem: ⁊ iudica ꝓm hoc ⁊ inuenies ſi deus voluerit.

¶ Capitulum. 26. in petendis domis.

QUm aliqs te interrogauerit de aliq̃ dono ſi illud habebit cito vel tarde: aſpice ascẗdẗs ⁊ eius dñm ⁊ ptes fortune ⁊ ei⁹ dñm. Et ſi dñs ascẗdẗis fuerit ifortuna aut fortuna ifortunata: ⁊ fuerit fortuna dñs ptis fortune ãbobus aſpicẗtib⁹ lunã: aſpice in q̃ ſtatu eſt luna cũ vtroq̃ ⁊ quẗs eoꝝ aſpicit: mel� ⁊ magis ſibi cõuenit iudica ꝓm ipm ꝑ eo q̃ oẽ eſſe põt q̃ ifortuna nõ minuat nec ſpediat ꝓm poſſe locũ ⁊ virtutẗ ſuã: ⁊ iudica ꝓm q̃ tibi dixi ⁊ inuenies ſi deus voluerit.

¶ Capitulum. 27. in tertia domo ⁊ ſuis queſtionibus.

HEc domus eſt ſignificatrix fratrũ ⁊ itinerũ breuiũ ac tollẗdi res: ⁊ ſigñt gaudia ⁊ piculũ fratrũ ⁊ eoꝝ ſtatus bonũ vel malũ. ⁊ ſigñt amicos ꝓſanguineos: ſorores: cognatos: ſomnia: leges: ſcire de lege: puritates: ſtat⁹ ſororꝝ ⁊ amicorꝝ. Et ſigñt chorcas: ⁊ dñas mulierũ: mutationẗ de vno loco ad aliũ: cõſiderationẗ: intellectũ: nobilẗ obedientiã ⁊ ſeruitiũ ad deum: ſynagogas iudeorꝝ: deſtructionẗ ꝓſianorum ⁊ eorum eccleſias. Et in hac domo eſt gaudium lune.

¶ Capłm. 28. in ingrẗdo ꝓ ffe ⁊ qõnib⁹ ſibi adiacẗntibus.

QUm aliqs a te q̃ſierit ꝓ fratre ſuo: aſpice ſignũ 3ᵐ ab ascẗdẗnte q̃ eſt domus fratrũ ⁊ dñm ſue triplicitatis ⁊ almuteꝫ illius domus: ⁊ qs aſpicit ipſum ex fortunis vel ifortunis: ⁊ in quo loco eſt: q̃ ſi inueneris dñm 3ᵉ domus in 6ᵃ vel applicare dño 6ᵃ aut dñs 6ᵃ in tertia dicas q̃ frater eius eſt infirmus. Et ſi ipſum inueneris in 5ᵃ vel 11ᵃ dicas q̃ ff eius nõ eſt in ſuo loco q̃ iunt ad aliũ locũ. Et ſi inueneris almuteꝫ 3ᵉ domus infortunatũ aut in 12ᵃ domo: dicas q̃ frater eius eſt in anxietate ac infirmitate. Et ſi inueneris dñm 3ᵉ cũ Marte ambos ꝓiunctos ⁊ cõbuſtionẗ itrãtes ſub radijs ſolis: iudica q̃ nõ euadet ab infirmitate. Et ſi ambo ꝓbuſti fuerint: iudica modis oibus mortẗ ſua: ⁊ maxime ſi dñs triplicitatis tertie domus fuerit ifortunatus aut cõbuſtus ſicut alij. Et ꝓm hãc viã iudica in omnibus ſuis q̃litatibus per domus ⁊ aſpectus ſicut diximus in alio capło. ¶ Et ſilr hoc mõ inſpicias ſi interrogatus fueris de aliqua re q̃ ſit de nã alicuius alteri⁹ rei de domibus celi: ſicut de pñbus filijs: ſeruis mulieribus: ⁊ rege: ſargẗ tũ ⁊ inimicoꝝ: inſpicies ꝑ eis ſicut in ♄ capło inſpeciſti: ⁊ ꝓm ♄ inuenies in natiuitatib⁹ de aſpectu fortunarũ ⁊ infortunarum ipſi loco vbi q̃ fuerit: aut de ſuis aſpectib⁹ dño illius loci: aut q̃ ſint in illo loco q̃ ꝑ nãs infortunaꝝ accidit anxietas: infirmitas: ⁊ ꝑdimẗtũ. Et a nã fortunaꝝ ꝑueniet gaudiũ: ſalus: bonũ ⁊ bõi ſtat⁹. Et nõ dimittas facere ꝓcipes nãs celoꝝ planetaꝝ cũ nãis domoꝝ: ſicut ſi q̃ fuerit ꝓ pñb⁹ ſol ibi erit ꝓceps: ⁊ ſi ꝓ matrib⁹: luna. Et ſi cã mulierũ: Venus. Et ſi ꝓ filijs Juppiter. Et ſi ꝓ ſuis Mercurius. Iſti hẗt ſignificationes cũ almuteꝫ domorũ q̃ ſignificant res cũ beneplacito dei.

¶ Capitulum. 29. in ſciendo ſi conſilium eius qui venit ſibi conſulere eſt legale vel non.

SI aliqs venerit tibi conſulere ⁊ volueris ſcire ſi eſt legalis vel deceptor: aſpice ſi fuerit in medio celi ſortuna: eius conſiliũ eſt legale ⁊ verũm. Et ſi infortuna ibi fuerit: eſt deceptor ⁊ mendax. Et ego dico q̃ ſi ꝓfiliator ad te venerit ⁊ fuerit ascendẗs ex ſignis cõmunib⁹: aut dñs ascendentis: ⁊ luna fuerit in ſignis cõmunib⁹: deceptor eſt ⁊ te vult decipere: ⁊ non auſultes eum.

¶ Capłm. 30. in ſciẗdo de rumoribus ſi ſint veri vel non.

SI interrogatus fueris de rumorib⁹ ſi ſunt ꝓi aut falſi vel eſt bonũ vel malũ: aut ſi q̃ſit⁹ fueris ꝑ fiducia vel timore: ſi res illa ♄ radicẗ vel nõ aut ſi ſuꝑ nihil fuerit ꝑ auaſtamẗo: Auaſtamẗtũ eſt q̃n aliqs ponit aliquẗ q̃ ad ſe facit vel trahit in mala pte itelligit. Aſpicias almuteꝫ ascendẗis ⁊ lunã ⁊ qs eoꝝ fuerit i angulo: ⁊ ſi qs eoꝝ nõ fuerit i angulo accipe eoꝝ illũ q̃ plus iuris ♄ in ascẗdẗte ⁊ incipe cũ eo. Et ſi rumores fuerit de gb⁹ q̃ſito: gaudeat ⁊ ſi inueneris almuteꝫ ascẗdẗis ⁊ lunã ⁊ dñm dom⁹ lune in angulis vel ſuccedẗntibus auriliatos a fortunis ⁊ ab ifortunis lipidos ⁊ a planetis dãnãtib⁹ q̃ ſunt dñi 6ᵉ ⁊ 12ᵉ i locis ſuis i gb⁹ ſunt: tũc iudica q̃ rumores ſunt ꝓi ⁊ valde bõi. Et ſi hoꝝ ꝓtũ inueneris: ꝓtũ iudica ⁊ malũ. ¶ Et rumores ſilr erũt ꝓi: q̃n i angulis fuerit ſigna fixa: ⁊ Mercuri⁹ ⁊ luna i ſignis fixis ⁊ ea ſeparãte ſe ab ifortunis: ⁊ q̃ ſit in aliq̃ angulo ꝓ fortuna: rumores q̃ ſunt mali: erũt veri ⁊ ꝓſicabunẗ: ſi duo anguli. 10. ⁊. 4. fuerit ſigna fixa ⁊ luna recepta: illi rumores ꝓſicabunẗ i aliq̃ re eoꝝ. Et ſi rumores fuerit mali ⁊ in ascẗdẗnte fuerit fortuna ⁊ luna fortunata: ſigñt deſtructionẗ illoꝝ rumoꝝ: ⁊ q̃ reuertent in bonũ. Retrogradatio Mercurij aut planete cui applicat Mercuri⁹ ⁊ illi⁹ cui applicat luna: ⁊ marie ſi fuerit dñs ascẗdẗis quiuis iſtorũ ſignificat deſtructionẗ rumoꝝ: ⁊ q̃ reuertentur in bonum.

¶ Dictum alkindi in rumoribus.

QUando volueris ſcire verificationẗ bonoꝝ rumorũ: aſpice ſi fuerit in angulis ſigna fixa: ⁊ luna in ſigno fixo ⁊ recepta ⁊ ascendẗs ⁊ luna fortunata a fortunis iudica q̃ illi rumores ſunt veri ꝑ potẗtiã dei. Et ſi rumores fuerint boni ⁊ anguli fuerint ſigna mobilia ⁊ dñs ascẗdẗis ⁊ luna in ſignis mobilib⁹ ⁊ marie ſi fuerint infortunati: tũc iudica q̃ rumores falſi ſunt ⁊ q̃ in falſitatẗ redibunt. ¶ Et ſi rumores fuerint mali ⁊ anguli ſigna fixa: ⁊ dñs ascendẗis ⁊ luna in ſignis mobilibus: ⁊ infortune potẗtes: iudica q̃ rumores erũt veri. Et cũ eo q̃ dirimus de ſtatu angulorꝝ ſi ifortune fuerint aſpicẗtes lunã: ⁊ dñm ascendẗis: rumores erũt veri. Et licias q̃ rumores verificat ſiue ſint boni vel mali fixio angulorꝝ: ⁊ q̃ ſignificatores ſint in ſignis fixis ⁊ malos rumores infortune verificant ⁊ deſtruũt fortune: rumores bonos fortune verificant ⁊ deſtruũt infortune. ¶ Et ſi volueris ſcire cãm vnde illi eriuerint rumores: aſpice in quo ſigno ſunt dñs aſcendẗis ⁊ luna: ⁊ iudica ꝓm loca in q̃bus fuerint: ⁊ ꝓm nãm dñoꝝ illoꝝ ſignoꝝ in q̃bus fuerit. ¶ Et ſi volueris ſcire q̃s erit finis ipſoꝝ rumorũ poſtq̃ verificati fuerit: aſpice dñm domus lune ⁊ dñm ascẗdentis ⁊ iudica ꝓm nãs eoꝝ ⁊ locoꝝ ſuoꝝ in celo: ⁊ dñoꝝ ſuorũ locoꝝ: ⁊ factum q̃ hẗt in celo: ſi fuerint fortunati: ſigñant fortunã in fine ꝓm fortunatis nãm. Et ſi fuerint infortunati: ſignificant infortunã in fine ꝓm infortunãtis nãm. Et ſi dñs ascendẗis fuerit ſub radijs: erũt illi rumores ſecreti: ⁊ multi hoies eos neſciẗt. Et ſi fuerit oriẗtalis aut aſpiciẗs ſolẗ: ⁊ eo fortius ſi ſol fuerit aſpiciens lunã: ⁊ ambo aſpiciẗtes ascendens: res illa erit ſic vera vel falſa detecta ⁊ manifeſta oibus hoibus. Et ſi pars ſecreti a Marte ſalua ⁊ limpida fuerit ⁊ a cauda: ⁊ eam aſpexerit dñs domus lune: vel aliqs ex luminarib⁹ bono aſpectu: iudica veros eſſe rumores cum auxilio dei.

¶ Capitulum. 31. in quarta domo ⁊ ſuis queſtionibus.

HEc domus eſt ſignificatrix patrũ angulus terre. ſignificatrix ſimũ reꝝ: hẗditatũ: ſeminationũ: aq̃rũ: rerũ celatarũ ⁊ cooptarũ: ⁊ ablcõditarũ: ⁊ ſigñt fozmã rei in q̃ ortus eſt nat⁹. Et ſigñat carceres: ⁊ ꝓſanguineos ex pte ꝓtis ⁊ mꝓis: ⁊ ꝓdauos: ⁊ mẗbra ablcõdita i corpe. Et ſigñat opa cẗficioꝝ: eſa ⁊ radices reꝝ. Et id q̃ erit poſt mortẗ. Et ſigñat hereditatẗ: bona patrũ ⁊ matrũ. Et ſigñat caſtra ⁊ domos: ⁊ annos antiquos. Et ſigñat patruos: ⁊ diuerſitates locoꝝ: ⁊ id q̃ accidit de bono vel malo in mũdo: ⁊ lapides ꝑciosos: ⁊ ſigñat nãm mulieris. i. vuluã: ⁊ locũ in quo eſt furtum. Et ſignificat loca vbi adminiſtratur infantibus: ⁊ thẗſauros.

¶ Capitulum

¶ Capitulum. 32. in q̃ne ꝓ terra laboratoria aut ꝓ domo vel hereditate ſi eam habebit vel non.

QUm interrogatus fueris ꝓ terra laboratoria ſiue domo aut hereditate quã q̃quirit ſi eſſe habebit nec ne: des ascendẗs: ⁊ eius dñm ⁊ planetã a quo ſepat Luna q̃rẗti vel emptori: ⁊ 7ᵐ ⁊ eius dñm ⁊ planetã cui applicat luna ei a q̃ petit: vel q̃ vendit: ⁊ da quartã domũ ⁊ ei⁹ dñs ⁊ planetã q̃ fuerit in ea ⁊ lunã rei empte: ⁊ da mediũ celi ꝑcio: postmodũ ſi inueneris dñm ascendentis aſpicientem dñm 7ᵉ ⁊ dñm 7ᵉ domus applicãtẗ dño ascendẗis: dicas q̃ vẗditor magnã volũtatẗ h⁹ vendẗdi: ⁊ aſpice ſi iter dñs ascẗdẗtis ⁊ dñm 7ᵉ domus fuerit aliq̃ applicatio aut luminis trãſlatio: vel conIũctio corpalis: dic q̃ vẗditio illa fiet inter eos. Etũ aliqõ hoꝝ ibi nõ fuerit: elõgabit res illa ⁊ vẗditio nõ fiet. Et ſi applicatio fuerit: ⁊ lumis trãſlatio fuerit de 4ᵒ: aut oppᵒ: erit res illa: tñ cũ laboze ⁊ ꝓbis varijs q̃ inter eos diſcurrẗt. Et ſi fuerit de 3ᵒ vel ſertili: erit leuiẗ. Et ſi receptio fuerit iter eos: erit vẗditio cũ bõa volũtate emptoris ⁊ vẗditoris. Et poſtea aſpice ſi dñs ascẗdẗtis vel luna applicat dño 4ᵒ: aut ſi applicat dñs 4ᵒ vel luna dño ascẗdẗtis. Et ſi applicat dñs q̃rte domus ſolus dño ascẗdẗntis: ⁊ ipſe recipiat eũ aut eos recipiat ambas ſi ambo applicuerint eẗ: vel q̃ ſit dñs ascẗdẗtis ⁊ luna in q̃rta domo: ⁊ dñs q̃rte in ascẗdente: ♄ ſigñat q̃ emẗt illa hẗditas: ⁊ q̃ cã hẗbit. Et ſi ♄ nõ fuerit: ⁊ luna detulerit lumen vnius eoꝝ ad aliũ ſigñt q̃ res illa fiat: tñ ꝑ mediatores ⁊ man⁹ legatoꝝ. Et ſi applicatio nõ interueneritnec lumis trãſlatio: nec planeta cõiũgat eoꝝ lumia: ſigñt q̃ res illa nõ erit: nec emẗt: nec illã hẗditatẗ hẗbit. ¶ Et ſi volueris ſcire ſtatũ illi⁹ hẗditatẗ ſi populabit. vel depplabit aſpice ſi inueneris in 4ᵃ domo infortunas potẗtes vel pegrinas: ſigñt q̃ hẗditas illa quã emit depopulabit: ⁊ dãnabit. Et idẗ ſigñt dñs 4ᵒ dom⁹ ſi fuerit retrograd⁹ vel infortunat⁹: aut i caſu ſuo de domo vl exaltatiõe. Et ſi fortũe fuerit in 4ᵃ domo pegrine: ⁊ fortes ſigñt q̃ illa hẗditas pplabit ⁊ meliorabit: ⁊ ♄ eſt in hereditatibus ⁊ domib⁹. Et adiuua te cũ pte hẗditatũ. Et ſumes hãc ptẗ de die a gradu dñi 4ᵒ dom⁹ i gradũ Saturni. Et ſi Saturn⁹ fuerit dñs gradus 4ᵒ dom⁹ ſume a gdu 4ᵒ dom⁹ in gradũ Saturni: Et de nocte opare p ꝓtũ ⁊ ꝑpice a gradu q̃rte domus. Et ♄ ꝑs ꝑm opinionẗ Hermitis eſt de die ⁊ nocte a gradu Saturni i gradũ luue: ꝑpicendo eã a gradu ascendentis. Et ſi ꝑs iſta ⁊ eius dñs applicuerit dño 7ᵉ ⁊ eos recepit: cõplebit venditio. Et ſi gradus ꝑtis: ⁊ gdus eius dñi fuerit infortunati: ſigñat depopulatiõem ⁊ dãnamẗtũ illi⁹ hẗditatis. Et ſi ꝑs ⁊ eius dñs fuerint fortunati: ſigñat pplationẗ illius hẗditatis. ¶ Et ſi fuerit terra delaboratoria ⁊ volueris ſcire q̃ talis eſt pone ascẗdẗs ſigñatorẗ laboratoꝝ ⁊ laborãtiũ i ea: ⁊ 4ᵗʰ domũ ſignificatricẗ manerici terre ⁊ ei⁹ forme. Et angulũ occidẗtis ſignificatoreꝫ eius q̃ eſt in ea ex herbis ⁊ plantis q̃ ſunt minores arborib⁹: Et mediũ celi ſignificatorẗ eius q̃ eſt in ea ex arborib⁹ ⁊ fructib⁹. Postmodũ aſpicias ſi inueneris i ascẗdente infortunã dicas q̃ laboratores ſũt latrões ⁊ nõ fideles. Et ſi i ascẗdẗte fuerit fortuna: dicas q̃ laborãtes ſunt fideles ⁊ iuſti. Et ſi fortũe erũs i aſcendẗte fuerit directa remanebũt illi laboratores in hẗditate. Et ſi fuerit retrograda: dicas q̃ mutabunt inde. Et ſi infortuna q̃ fuerit i aſcẗdẗte erit directa remanebũt i terra furãdo. Et ſi fuerit retrograda fugiẗt ab ea. ¶ Et ſi inueneris in medio celi fortunã directã: die q̃ eis arbores ſunt bone ⁊ multe. Et ſi fuerit retrograda: die q̃ ibi multe ſunt arbores: debiles tñ aut forte vẗditor eradicabit eas idẗ. Et ſi fuerit in medio celi ifortuna directa: die q̃ eẗ arbores ſunt pauce. Et ſi fuerit ifortuna retrograda: die q̃ ille q̃ h⁹ ibi eas: eas cradicabit. Et ſi mediũ celi fuerit plãctis vacuũ: aſpice dñs medij celi: ⁊ ſi aſpexerit locũ ipm: die q̃ ibi ſunt arbores ⁊ ſi nõ aſperit ibi: die q̃ ſi. Et ſi dñs medij celi aſpiciẗs fuerit locũ ſuũ ⁊ oriẗtalis: die q̃ eius arbores ſunt de nouo plãtate. Et poteris ſcire q̃ⁿ eſt q̃ ſũt plãtate a ſtatu illius planete: q̃ⁿ eſt a ſole remot⁹. Et ſi dñs medij celi fuerit aſpiciẗs locũ ſuũ ⁊ occidẗtalis: die q̃ eius arbores ſunt antiq̃ ⁊ a gẗtib⁹ antiqs plantate. Et ſi dñs medij celi fuerit directus: ille arbores erũt ibi firme: ⁊ durabũt in ea. ¶ Postmodũ aſpicies angulũ occidẗtis: ⁊ ab eo ſcies ſtatũ: maneries: ⁊ q̃litates plãtaꝝ minutaꝝ: q̃ nõ ſunt arbores: ſic dixi tibi de medio celi in arborib⁹ de hac eadẗ manerie. ¶ Et aſpice ad angulum terre: ⁊ ab eo ſcies ꝑpictatẗ terre: ita q̃ ſi in angulo terre fuerit Aries vel eius triplicitas: die q̃ terra ẗ mõtoſa: dura ⁊ arida terra. Et ſi fuerit Taurus vel eius triplicitas: die q̃ terra eſt plana. Et ſi fuerit Gemini vel eius triplicitas: die q̃ ẗ i duab⁹ manerib⁹ .ſ. q̃ i ea eſt mõs ⁊ planicies. Et ſi fuerit Cãcer vel eius triplicitas: die q̃ eſt in lacunis ⁊ circa aquam. Et ſi in angulo terre fuerit ſignum cõc: die q̃ terra non equalis eſt: ⁊ q̃ in ea eſt cãpus ⁊ mõs. ¶ Si aũt res quã vult q̃ſito: emere fuerit dom⁹ vel eius maneries: ⁊ volueris ſcire q̃ domus eſt: ⁊ cuius manerici: aſpice in ea ſicut in capitulo de furto.

¶ Capitulum. 33. in ſciendo quantũ eſt ꝑciũ hereditatis.

QUm volueris ſcire quãtũ eſt ꝑciũ hereditatis: aſpice dñm medij celi ⁊ planetã q̃ fuerit potens in eo: ⁊ recipe ꝑ ſignificatore hoꝝ fortioreẗ: ⁊ hoc eſt poſſe q̃ ſit oriẗtalis ⁊ directus ac in domo ſua vel exaltatione ſeu triplicitate: ⁊ planete: eoꝝ q̃ fuerit talis: ⁊ cũ habueris ꝑ ſignificatore: ſumas ãnos minores. Et ſi fuerit ille ſigñator i domo ſua: die illũ numerũ annoꝝ ſuoꝝ minoꝝ centenaria vel millenaria. Et ſi fuerit in alia ex ſuis dignitatib⁹ pone numerũ decenas vel vnitates. Et ſi dñs medij celi nõ fuerit in aliq̃ dignitatũ ſuaꝝ: ⁊ fuerit in aliquo dãnamẗto dimittas ⁊ nõ aſpicias ipm. Et aſpice ♄ a planeta q̃ fuerit appodiatus in medio celi. Et ſi in medio celi nõ fuerit planeta potens: ſume dñm medij celi: h⁹ ſi cadẗs ab angulo vel ab alio infortunat⁹ aut retrograd⁹ vel cõbuſtus ⁊ accipe ſuos ãnos minores ponẗs eos ꝓ ꝑcio hereditatis in vnitatibus: ⁊ inuenies cũ bñplacito dei.

¶ Capłm. 34. in ſciẗdo ſi hẗbit ꝑficiũ de hẗditate vel non.

SI volueris ſcire ſi emptor hẗbit ꝑficiũ de hac hẗditate: vel nõ. Aſpicias in ♄ aſpectus ſignificatoꝝ vnũ cũ altero. Et ſi oẽs applicuerint vnus cũ alio de 3ᵒ. aut ſertili vel plures eoꝝ: ⁊ fuerit receptio iter eos: ſigñat q̃ hẗbit hẗditatẗ ⁊ ꝑfectũ de ipſa. Et ſilr aſpice ſi dñs gnte dom⁹ applicuerit dño ascẗdẗtis de 3ᵒ vel ſertili: ⁊ fuerit lipidus ⁊ fortunat⁹: ſigñat q̃ hẗbit ꝑfectũ de illa. Et ſi ♄ non fuerit: ⁊ fuerit aſpect⁹ dñi gnte cũ dño ascẗdẗtis ⁊ ceteri aſpect⁹ aliorꝝ ſigñatorꝝ cũ dño ascendẗtis: aut plures eoꝝ de 4ᵒ vel oppõne ſi ue cõiũctiõe corpali ſignificat q̃ ꝑfectos quẗ idẗ habebit erit cũ labore ac pena. Et cũ ♄ ſi fuerit iter eos receptio erit cum minori labore. Et adiuua te in ♄ ꝑfectu cũ pte fortune ⁊ eius dño ⁊ eos recipe ꝑ ſigñatorib⁹. Et ſi fuerit fortunati ſigñat ꝑfectũ de hẗditate illa. Et ſi inueneris Saturnũ i aliq̃ dignitatũ ſuaꝝ libẗr a Marte ⁊ fortunatũ aſpectu Jouis amico aut de angulo: ⁊ lunã auctã lumine aſpiciẗtẗ Jouẗ aut Saturnũ: eo fortẗ⁹ ſi luna i aliq̃ dignitatũ ſuaꝝ fuerit aut in medio celi: hoc ſigñat pplationẗ terre ⁊ eius fertilitatem cũ bñplacito dei.

¶ Capłm. 35. in ſciendo quo tpe debent emi hereditates.

QUm ſcire volueris tp̃s emendi hẗditatẗ: aſpice applicationẗ dñi ascẗdẗtis cũ dño 7ᵉ de q̃rta aut oppõne. aut cõiũctiõe corpali: ⁊ q̃ receptio interueniat inter eos ⁊ hora q̃ ſe aſpiciẗt gradu ꝑ gradũ erit ẗptio ⁊ cũ labore. ¶ Et ſi volueris ſcire q̃n ẗrabit hẗditas poſſe ſuũ: aſpice in ♄ applicatiõe dñi ascendẗtis cũ dño q̃rte domus. ⁊ ꝑquiras tp̃s ex ipſo aſpectu: ſic tibi dixim⁹: ⁊ inuenies dãte deo. ¶ Vuelli⁹ diſcordat i hoc q̃ dixim⁹ de hẗditatib⁹: ⁊ dicit Sũme ascendẗs: ⁊ eius dñm ꝑ ſigñatorib⁹ terre: ⁊ eius q̃ eſt i ea: ⁊ Jouẗ ⁊ planetã a q̃ ſepat luna ꝑ ſigñatoribus emptoris. Et q̃ntã ⁊ eius dñm ꝑ ſignificatorib⁹ pplatoꝝ terre ⁊ laborãtiũ eã ⁊ planetã cui applicat luna ꝑ ſigñatore finis: ⁊ eius q̃ erit de illa terra: ⁊ aſpice q̃s ipſoꝝ ſigñatoꝝ fuerit potẗs ⁊ ſaluus ab ifortunis: q̃ ꝑ cũ meliorat eius ſigñatio: ⁊ ſigñat directionẗ ⁊ bonitatẗ in eo ꝓ q̃ eũ ꝑ ſigñatore cepiſti. Et ille q̃ fuerit ex illis dãnatus ⁊ infortunatus dãnat ſignificationẗ ſuã ⁊ dãnat rem illã ꝓ qua eũ ꝓ ſignificatore cepiſti.

¶ Capitulum. 36. in locandis hereditatibus ⁊ laborandis ꝑcio ⁊ domibus penſionandis.

SUmme ſignificatorẗ ab eo q̃ locat ſiue pẽſionat q̃ eſt dñs hẗditatis a 7ᵃ domo ⁊ loco medij celi ⁊ finẗ rei a 4ᵃ domo. Et poſtmodũ inſpice ſi inueneris in ascendẗte fortunã: die q̃ ille q̃ recipit hẗditatẗ ad redditus cõcordatus ⁊ bonus: ⁊ vult ♄ facere. Et ſi ibi inueneris infortunã: die q̃ redditor nõ eſt fidelis: nec ꝯ verba ſua: ⁊ q̃ vult cã ad redditus cũ deceptiõe ⁊ furto. Et ſi inueneris in 7ᵃ domo ifortunã dicas q̃ dñs hẗditatis mutat ſe de eo q̃ dicit: ⁊ non dabit hẗditatẗ ei: ⁊ ſi dabit cã dabit cũ pẽa ⁊ malo: ⁊ nõ cõplẗt illud arrẗ damẗtũ: Et ſi fortunã inueneris ibi: die q̃ dñs hereditatis eſt cõcors i re: ⁊ dat cã cũ bona volũtate. Et ſi fuerit infortuna in

medio celi: vel ipsum aspiciat inimico aspectu: illa locatio nõ durabit: nec erit in ea bonum. Et si fuerit infortuna in angulo terre vel inimicabilr cum aspiciat: dicas q̃ finis illius rei erit cũ malo: rira ⁊ amissione. Et si fuerit ibi fortuna: finis erit bonus. Similr cõsidera a quo separatur luna: ⁊ ad quẽ vadit: q̃ si luna applicuerit alicui planete vel fuerit ab altero separata ⁊ aspexerit ascendens: habebit ius vt sit sig̃atrix huius rei. Et si separata fuerit a fortuna ⁊ applicuerit fortunis: sig̃iit q̃ dñs hereditatis ⁊ redditor erunt fideles ⁊ legales vnus alteri: marie si planeta a quo separat̃ luna vel cui applicat: ambo se aspexerint aspectu amico: q̃ hec significatio est cõuenientie ⁊ legalitatis vnius alteri. Et si luna fuerit limpida salua ⁊ fortunata: significat saluationẽ rei locate: ⁊ eius meliorametũ. Et sic cõsiderabis finẽ huius rei a dño domus lune: ⁊ ab eo scies finẽ.

¶ Capl'z. 37. in seiẽdo si plante ⁊ semina q̃ seruẽt crescẽt bñ.

Solas q̃ ascendẽs est significator p̃ncipij rerũ vegetabilũ: ⁊ 4.ª domus significatrix finis eius. ¶ Et si q̃ situs fueris de vegetabili aut semine q̃ seminatur si crescet: nec ne: aut qd erit de illo. accipe in ♄ ascendens ⁊ eius dñm: ⁊ lunã ⁊ eius dñm. Et si oẽs isti fuerit fortunati: iudica q̃ res illa crescet complebit: ⁊ ibit in bonũ. Et si isti omnes fuerint infortunati vel dãnati: iudica q̃ dãnabitur. Et si duo fuerint fortunati: ⁊ alij duo fuerint infortunati: equalitatem iudica in re illa.

¶ Capitulũ. 38. p̃o fossatis ⁊ aquis ad irrigandum.

Cum interrogatus fueris p̃o çequijs. i. fossatis ⁊ aqs quas aliqs vult facere decurrere: ⁊ his similibus. Aspice in ♄ ad Saturnũ ⁊ lunã solũmõ: ⁊ aspectum fortunaꝝ ⁊ infortunaꝝ ad eos q̃ si inueneris Saturnũ directũ in suo motu ⁊ orientalẽ: ⁊ lunã in domo 3ª aut 5ª: vel vndecima a Marte limpidã ⁊ fortunatã sig̃iat saluationẽ illius rei quã q̃rit: ⁊ q̃ leuiter fiet: ⁊ marie si luna applicat dño domus suc: ⁊ q̃ cã recipiat: aut q̃ sit fortuna ascẽdẽs in sua latitudine ⁊ in signo fixo: hec est significatio q̃ aqua erit multa: ⁊ q̃ dirigẽt ⁊ durabit. Et silr si fuerit in medio celi vna ex fortunis: ⁊ p̃cipue Juppiter: hoc ex toto significat durabilitatẽ ⁊ riui ⁊ çequie. Et si inueneris Saturnũ fortẽ: ⁊ q̃ sit in domo vndecima ⁊ lunã inspicientẽ ipm aspectu amico: ⁊ dñm domus lune in signo fixo aut eõi ⁊ eo magis si luna fuerit i aliquo ex signis pluuie: q̃ sunt Cancer Leo Aquarius ⁊ Pisces: q̃ hoc significat çequiarũ decursum ⁊ meliorametũ ⁊ augmentũ suũ. Et si inueneris infortunã in medio celi: significat q̃ çequia illa rũpetur ac dãnabitur: ⁊ similiter riuus.

¶ Capln. 39. in thesauris ⁊ rebus subterratis.

Cum interrogatus fueris de sba vel re subterrata: de eo q̃ faciũt boies: sicut sunt monilia aut res alie: accipe ascendẽs ⁊ dirige ipsum q̃ subtilius poteris: ⁊ postea inspice q̃nem q̃rentis cuius maneriei est. Et scias si q̃rit p̃o substantia quã ipsemet subterrauit ⁊ nescit eius locũ: aut si q̃rit p̃o sba quã subterrauit pater eius: aut filius suus: vl eius quẽ cognoscit: ⁊ sit q̃sitor q̃ illã subterrauit: aut si q̃rit p̃o re subterrata quã nouit sic esse: tñ nescit quis eam subterrauit: nec locũ. Aut si querit p̃o re subterratã: nõ determinãdo aliquid: postea si tibi determinauerit des ascendẽs q̃renti. Et si res fuerint quã ipse subterrauit ⁊ oblitus est locũ: aspice dñm scẽ domus ab ascendente. Et si frater eius eã subterrauit: aspice dñm 4.ª domus p̃o eo q̃ est dñs sbe fratris sui. Et si pater eius eã subterrauit: aspice dñm sbe a domo patris. Et sic ꝑm hanc viã ⁊ ordinẽ qualiscunq̃ fuerit subterrator: aspice dñũ domus sbe que est scda a domo vbi est significatio: ⁊ qualis ipsa sit: aspice in gbus locis. Et si cũ inueneris in aliq̃ angulo ascendẽtis: aut in aliquo angulo dñi ascẽdẽtis: dic q̃ res subterrata est in domo. Et si fuerit in ascendẽte: aut in signo dñi ascendẽtis: dic q̃ res subterrata est in palatio vbi morat̃. Et si fuerit in medio celi ab ascendente: aut in decima dñi ascendẽtis: dic q̃ est in domo qua itromittit se facere magisteria sua ⁊ factiones. Et si fuerit in domo septima ab ascendẽte: aut in septima dñi ascendentis: dic q̃ est in palatio vxoris sue. Et si fuerit in q̃rta domo ab ascendẽte: aut in quarta dñi ascẽdentis: dic q̃ est in palatio vbi morabitur eius pf aut auus: vel sui proping qui maiores sunt diez q̃ ipse. Et si proping nõ fuerint dic q̃ est in medio domus sue. ¶ Et postmodũ inspicias applicationẽ lune ⁊ dñi ascendẽtis cũ boc significatore p̃dicto. Et si fuerit inter eos receptio aliq̃: ⁊ si de amicitia vel inimicitia: q̃ de aspectu ⁊ receptiõe ista scies si habẽbit id q̃ queret: vel nõ. Et si receptio ipsa fuerit ex amore: dic q̃ illud habebit de leui. Et si fuerit de inimicitia: dic q̃ habebit cũ laborẽ ⁊ pena. Et si receptio nõ interuenerit ⁊ affuerit trãslatio luminis: aut collectio silr habebit. Et si aspectus nec trãslatio nec collectio interuenerit: dic q̃ rem illam quam petit non habebit. ¶ Et si questio fuerit p̃o re subterrata nõ scita si est vel nõ est: ⁊ nõ est scita: nec terminus positus fuit: nec aliquid de ea. Si volueris scire si est ibi subterrata: vel non: hoc scietur isto mõ. Aspice dñm ascẽdẽtis si fuerit in angulo: aut i angulo sit fortuna: dic q̃ est. ¶ Et dicũt antiq ⁊ messehala. Aspice dñm septime ab ascendente: ⁊ si fortuna ibi fuerit ibi est res subterrata: ⁊ si ibi fuerit infortuna ⁊ questio fuerit p̃o imagine: aut p̃o cartis subterratis: est veritas ⁊ si nõ: nõ est veritas. Et si q̃ fuerit p̃o habere subterratos: ⁊ infortuna fuerit i septima: id quod ibi subterratũ fuit extractum est inde ⁊ alibi transmutatum. ¶ Et dicit trechindus. Aspice ad gradũ ascendẽtis nouẽ gradus si est in illo termino aliqs planeta: ⁊ si fuerit fortuna ⁊ fuerit in ipso nono gradu: dic q̃ fuit ibi subterratũ: ⁊ est de nouo extractũ tñ inuenietur. Et si fortuna illa ceciderit a nono gradu versus ptẽ dextrã de quo casu cito inuenietur. Et si ceciderit a gradu occidentis quantũ est quãtitas vnius horẽ: res illa subterrata furata est: ⁊ fures aufugerũt cũ ea. Et si nõ fuerit i angulo occidẽtis fortuna nec infortuna: ⁊ q̃ fuerit p̃o re subterrata: scito q̃ ibi est die q̃ eã non fuerunt furati nec extrahẽrũt de loco suo. ¶ In sciendo cuius nature est res subterrata.

¶ Cũ scieris q̃ in loco ẽ subterrata: ⁊ volueris scire de qua natura est. Aspice planetã qui est significator: q̃ ibi est res subterrata: ⁊ aspice si est almuteç septime domus. Et scias cuius nature est ille planeta si ipse fuerit almuteç illius domus. Et si ipse non fuerit almuteç septime domus associa ipsum cum dño septime domus: ⁊ aspice si fuerit aliqua p̃ticipatio inter eos: ⁊ recipe nãm conũctam ambo. Et si aliquid hoꝝ non interuenerit ipse idẽ dominus septime dom? est significator. ¶ Et si huius significator fuerit Sol: ⁊ fuerit in domo vel exaltatione sua: dic q̃ est aurum vel lapides rubei lucentes ⁊ p̃ciati. Et si non fuerit in domo vel exaltatiõe sua: dic q̃ est de reb? q̃ bis assimulant: sicut vitrũ: ⁊ eius sile. ¶ Et si significatrix fuerit luna in domo vel exaltatiõe sua ex fris: dic q̃ est argẽtũ siue cristallus: vel res alba p̃ciata. ¶ Et si Mars fuerit ex fstẽs significator: in aliquo domoꝝ suaꝝ. dic q̃ est es: aut vitrũ de furia: vel eis simile. ¶ Et si fuerit significator Saturn? ex fstẽs in aliqua domoꝝ suaꝝ: dic q̃ ẽ res nigra: vel lapis niger: vel ferrum vel puluis qui dr coliriũ: vel q̃ sibi assimilatur. ¶ Et si fuerit significator Juppiter ex fris in aliqua domorum suaꝝ: dic q̃ est argentũ aut pãni albi: vel iargãçie albe: vel eis simile. Et si fuerit significatrix Venus ex fstẽs in aliq̃ domorũ suaꝝ: dic q̃ est aliofar: ⁊ cozallus: aut de rebus q̃ extrahuntur a mari: vel bis simile. ¶ Et si fuerit Mercurius significator existens in aliqua domoꝝ suaꝝ: dic q̃ est argentum viuum: aut libzi: vel cozriũ: aut bis simile. Et si non fuerint hi planete in suis domibus misce illum cum qui fuerit significator cuꝰ planeta cui applicat: vel qui applicat ei: ⁊ dic ꝑm illud. Et si in hac significatiõe fuerit cõmixtio Saturni cum Mercurio: aut q̃ vnus sit in domo alterius: ⁊ alter in domo illius: ⁊ vn? eorum fuerit significator rei subterrate: dic q̃ est factura nigromantie: vel eius simile. Et idẽ si fuerit coniunctio Mercurij cum cauda.

¶ In sciendo si querens habebit rem subterratam.

Aspice in hoc si planeta qui fuerit significator rei subterrate applicuerit domino ascẽdẽtis: aut dominus ascendentis applicat ei: aut si est ibi luminis translatio vel collectio: dic q̃ q̃rẽs rẽ subterratã habebit. Et si aspectus ille: aut trãslatio vel collectio fuerit de q̃rto vel opposito erit cũ pena ⁊ laborẽ. Et si fuerit coniũctio cozpalis aut de 3º vel tertili: dic q̃ habebit rem illã de facili. Et silr si aliq̃s ex luminarib? aspicit ascẽdẽs: aut p̃ se fuerit in ascendẽte: significat leuitatẽ hñti rem illã: ⁊ q̃ cito erit. Et si fuerit ab angulo cadẽtes ⁊ nõ aspexerint ascẽdẽs: significat laborẽ ⁊ penã in habẽdo rẽ. ¶ Et ego silr dico q̃ pars fortune ⁊ eius dñs q̃ fuerint in ascẽdẽte aut ipsum aspiciãt: vel aliq̃ ex luminaribus: aut dñm ascendẽtis: ♄ significat verificationẽ habendi res ⁊ cito. Et si dñs partis fortune cadens fuerit ⁊ luminaria similiter ⁊ maxime luna: ⁊ nõ habuerit cũ parte fortune aspectũ: ⁊ ps ⁊ eius dñs nõ aspexerint ascendẽs: nec eius dñm: significat impedimentum habendi rem ⁊ desperationem illius.

¶ In sciendo locum rei subterrate ⁊ extrahendo locũ suum.

Quando scire volueris locũ rei subterrate: aspice planetã significãtẽ q̃ ẽ res subterrata: ⁊ in quo signo: ⁊ in qua q̃rta ex q̃rtis celi est. Et dic q̃ res illa subterrata est in illa pte domus aut loci: ita q̃ si fuerit in ascendẽte: aut in q̃rta orientali: dic q̃ est in quarta oriẽtali domus. Et si fuerit in medio celi: vel in quarta meridionali est in pte meridionali domus. Et si fuerit in occidente aut in q̃rta occidẽtali est in pte occidentali dom?. Et si fuerit in angulo terre: aut in quarta septẽtrionali: dic q̃ est in pte septẽtrionali dom? aut loci. Et cum hoc aspicias si fuerit in signo fixo: dic q̃ est subterrata in terra. Et si fuerit in signo communi est subterrata in pariete. Et si fuerit in signo nobili: dic q̃ est in tecto illi? q̃rte ad quam deuenit. ¶ Et si volueris scire locum suum diuide rẽ siue locũ in quatuor ptes: ⁊ postmodũ metiaris quartã in qua iudicasti rẽ esse in terra siue pariete vel tecto. ⁊ scias quot sunt ptes in ea. Deinde aspicias significatorẽ quot gradus transiuit in signo suo: ⁊ in q̃ facie est illius. Et diuide q̃rtã illã in tres ptes: ⁊ si significator fuerit in ꝑma facie signi: ẽ in prima tertia illius quarte. Et si fuerit in scda facie: erit in scda tertia. Et si fuerit in tertia: erit i tertia tertia illius q̃rte. Postmodũ inspicias tertiũ quod inuenisti: ⁊ diuide ipsum in decem partes: ⁊ aspice quot gradus transiuit planeta ab illa facie in qua est: ⁊ accipe ex illis ptibus illius tertij tot q̃rtas: ⁊ sũt grad?: ⁊ i illo loco vbi finit̃ nũcerus ẽ res subterrata i illo tertio q̃rte vbi inuenisti eã. ¶ Dixit Alkindus.

